



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Totivs Theologiae S. Thomae Aquinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrv[m] ius co[n]uenienter diuidatur in ius naturæ & positiuu[m]? 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-38762

*1.5. *Ety.*
c. 2. *patru*
a *primo.*

ratio præexistit in mente, quasi quædam prudētia regula. Et hoc si in scriptum redigatur, vocatur lex. Est enim lex secundam * Isidorum, constitutio scripta. Et ideo lex non est ipsum ius proprie loquendo, sed aliqualis ratio iuris.

Ad tertium dicendum, quod quia iustitia æqualitatem importat, Deo autem non possumus æquiales recompensare: inde est, quod iustum secundum perfectam rationem non possumus reddere Deo. Et propter hoc non dicitur proprie ius lex diuina, sed fas: quia videlicet sufficit Deo, ut impleamus quod possumus. Iustitia tamen ad hoc tendit, ut homo quantum potest, Deo recompenset, totaliter animam ei subiciens.

ARTIC. I I.

Utrum ius conuenienter diuidatur in ius naturale & ius positium?

315
*1.5. *q. 60.*
ar. 5. *cor.*
Et 1. 2. *q.*
95. ar. 4.
co. Et 5.
L. h. le 12
co. 1. *fr. 1.*
Gratian
in *Decr.*
d. 1. c. 1.
& *seq.*

AD secundum sic proceditur. Videtur, quod ius non conuenienter diuidatur in ius naturale & ius positium. Illud enim quod est naturale, est immutabile, & idem est apud omnes. Non autem inuenitur in rebus humanis aliquid tale: quia omnes regule iuris humani in aliquibus casibus deficiunt, nec habent suam virtutem ubique. Ergo non est aliquid ius naturale.

¶ 2 Præterea, illud dicitur esse positium, quod ex voluntate humana procedit. Sed non ideo aliquid est iustum, quia a voluntate humana procedit: alioquin voluntas hominis iniusta esse non posset. Ergo cum iustum sit idem quod ius, videtur quod nullum sit ius positium.

¶ 3 Præterea, ius diuinum non est ius naturale, cum excedat naturam humanam. Similiter etiã non est ius positium: quia non innititur auctoritati humane, sed auctoritati diuine. Ergo inconuenienter diuiditur ius per naturale & positium.

*1.5. *Eth.*
c. 1. *7. in*
prin. c. 5.

SED contra est, quod * Philosophus dicit in 5. Ethic. quod politici iusti hoc quidem naturale est, hoc autem legale, id est, lege positum.

art. p. 22.

RESPONDEO dicendum, quod sicut * dictum est, ius siue iustum, est aliquod opus adæquatum alteri secundum aliquem æqualitatis modum. Dupliciter autem potest alicui homini esse aliquid adæquatum. Vno quidem modo ex ipsa natura rei, puta cum aliquis tantum dat, ut tantumdem recipiat: & hoc vocatur ius naturale. Alio modo aliquid est adæquatum, vel commensuratum alteri ex condicito, siue ex communi placito, quando scilicet aliquis reputat se contentum, si tantum accipiat. Quod quidem potest fieri dupliciter. Vno modo, per aliquod priuatum condicium, sicut quod firmatur aliquo pacto inter priuatas personas. Alio modo, ex condicito publico, puta cum totus populus consentit quod aliquid habeatur quasi adæquatum & commensuratum alteri: vel cum hoc ordinat princeps, qui curam populi habet, & eius personam gerit: & hoc dicitur ius positium.

Ad primum ergo dicendum, quod illud quod est naturale habenti naturam immutabilem, oportet quod sit temper & vbique tale. Natura autem hominis est mutabilis: & ideo id quod naturale est homini, potest aliquando deficere: sicut naturalem æqualitatem habet, ut deponenti depositum reddatur. Et si ita esset, quod natura humana semper esset recta, hoc esset semper seruandum. Sed quia quandoque contingit quod voluntas hominis deprauatur, est aliquis casus in quo depositum non est reddendum, ne homo peruersam voluntatem habens, malè eo utatur: ut puta si furiosus vel hostis reipub. arma deposita repositat.

Ad secundum dicendum, quod voluntas humana ex communi condicito potest aliquid facere iustum in his, quæ secundum se non habent aliquam repugnantiam ad naturalem iustitiam: & in his habet locum ius positium. Vnde * Philosophus dicit in 5. Ethicor. quod legale iustum est, quod ex principio quidem nihil differt sic, vel aliter: quando autem ponitur, differt. Sed si aliquid de se repugnantiam

l. 5. c. 7. i. prin. t. 5.

B 3 habeat



habeat ad ius naturale, non potest voluntate humana fieri iustum: puta si statuatur, quod liceat furari, vel adulterium committere. Vnde dicitur Isa. 10. Væ qui condunt leges iniquas.

Ad tertium dicendum, quod ius diuinum dicitur quod diuinitus promulgatur. Et hoc quidem partim est de his, quæ sunt naturaliter iusta, sed tamen eorum iusticia homines latet: partim autem est de his, quæ sunt iusta institutione diuina. Vnde etiam ius diuinum per hæc duo distingui potest, sicut & ius humanum. Sunt enim in lege diuina quædam præcepta, quia bona; & prohibita, quia mala: quædam vero bona, quia præcepta; & mala, quia prohibita.

ARTIC. III.

Vtrum ius gentium sit idem cum iure naturali?

316

1. 2. q. 95.
a. 4. ad 1.
et 5. Ethic.
le. 12. co.
1. fin.
† l. c. 1. po.
p. l. 1. ff. de
iur. et iu.
re.
* l. 1. Pol.
c. 3. et 4.
10. 5.
† l. 5. Ety.
c. 6.
* a. præc.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quod ius gentium sit idem cum iure naturali. Non enim omnes homines conueniunt, nisi in eo quod est eis naturale. Sed in iure gentium omnes homines conueniunt. Dicit enim Iuriconsultus †, quod ius gentium est, quo gentes humanæ vtuntur. Ergo ius gentium est ius naturale.

¶ 2. Præterea, Seruitus inter homines est naturalis: quidam enim sunt naturaliter serui, vt * Philosoph. probat in 1. Politic. Sed seruitutes pertinent ad ius gentium, vt † Isidor. dicit. Ergo ius gentium est ius naturale.

¶ 3. Præterea, Ius, vt * dictum est, diuiditur per ius naturale & positium. Sed ius gentium non est ius positium: non enim omnes gentes vnquam conueniunt, vt ex communi conditio aliquid statuerent. Ergo ius gentium est ius naturale.

SED contra est, quod * Isidorus dicit, quod ius aut naturale est, aut ciuile, aut gentium: & ita ius gentium distinguitur à iure naturali.

RESPONDEO dicendum, quod sicut * dictum